

# AD LECTOREM.

Miraberis, Amice pariter & Benevole Lector;  
quod cum quilibet ingenii sui exercendi gratia  
ararius sibi thema feligere soleat, quo gratiam  
apud lectores inveniat majorem: ego in maxi-  
mè protrito, ac ubique obvio argumento ingenii  
vires periclitari studuerim; quod ne quidem modò tractandi  
commendari poterit, pariter vulgari, & incertò. Imo, si copi-  
am Commentariorum consideras: obnoxii plane & infelicitis in-  
genii criminis quod neque præviderim neque timuerim accu-  
sationem, miraberis. Sed defectus virtutum elegantioris scripti  
utilitate compensari aequa varietate potest, natura mor-  
talium gratisim. Nec Interpretum diffiteri erubesco du-  
ctum à quibus tamen, omissis eorum obsoletis, & additis uti-  
libus ab ipsis neglectis, nullo vel partium studio, vel contra-  
dicendi ardore, nec sine assensu aliorum, qvorum rationes  
veritati magis videbantur congruere, secessionem feci; &  
binc inde de opinionibus eorum, pro virili, quantum in me  
fuit, academicâ usus libertate, judicium tuli: Sine omni ta-  
men ostentatione, solius exercitii gratiâ, durum existimans  
sanæ hominis rationi adversum, & absurdum veneratione  
autoritatis, alienæ libidinis mancipium fieri. An autem &  
sic vires ingenii probari possint prudentum dextro committo  
judicio; non tanti esse disputationem scribere, quam  
eandem defendere persuasus.